



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum expediat aliquid vouere, & ad quid sit vtile? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

ultra quam intendit se obligare. Dicitur enim ibidem, Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.

ARTIC. IV.

Utrum expediat aliquid vouere?

473
3. cont. c.
138.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod non expediat aliquid vouere. Non enim alicui expedit ut priuet se bono quod ei Deus donauit. Sed libertas est vnum de maximis bonis quæ homini Deus dedit, quæ videtur priuari per necessitatem quam votum imponit. Ergo non videtur expediens homini quod aliquid voueat.

*Epi. 7. 45.
non mul
tū remo-
tū a s. 1.
2.*

¶ 2 Præterea, Nullus debet se periculis iniicere. Sed quicumque vouet, se periculo iniicit: quia quod ante votum sine periculo poterat prateriri, si non seruetur post votum, periculosum est. Vnde Augustinus dicit in epistola ad Armentarium & Paulinam, Quia iam vouisti, iam te obstrinxisti: aliud facere tibi non licet. Non talis eris, si non feceris quod vouisti, qualis mansisses, si nihil tale vouisses: minor enim tunc esses, non peior. Modo autem tanto (quod absit) inferior, si fidem Deo fregeris, quanto beator, si persolueris. Ergo non expedit aliquid vouere.

¶ 3 Præterea, Apostolus dicit ad Corinth. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed non legitur neque Christum aliquid vouisse, nec Apostolos. Ergo videtur quod non expediat aliquid vouere.

SED contra est, quod dicitur in Psal. 75. Vouete, & reddite Domino Deo vestro.

¶ 1. et 2.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est, votum est promissio Deo facta. Alia autem ratione promittitur aliquid homini, & alia ratione Deo. Homini quidem promittimus aliquid propter eius utilitatem, cui utile est, & quod ei aliquid exhibeamus, & quod eum de futura exhibitione prius certificemus, sed promissionem Deo facimus, non pre-

propter eius utilitatem, sed propter nostram. Vnde
 Augustinus * dicit in prædicta epistola, Benignus exa-
 ktor est, & non egenus, & qui non crescat ex redditis;
 sed in se crescere faciat redditores. Et sicut id quod
 damus Deo, non est ei utile, sed nobis, quia quod ei
 redditur, reddenti additur, ut Augustinus ibidem * di-
 cit: ita etiam promissio qua Deo aliquid vouemus,
 non cedit in eius utilitatem, qui à nobis certificari
 non indiget, sed ad utilitatem nostram, in quantum
 vouendo, voluntatem nostram immobiliter firmamus
 ad id quod expedit facere. Et ideo expediens est
 vouere.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut non posse
 peccare non diminuit libertatem, ita etiam necessitas
 firmatæ voluntatis in bonum non diminuit libertatē:
 ut patet in Deo & in beatis. Et talis est necessitas vo-
 ti, similitudinem quandam habens cum confirmatione
 beatorum. Vnde Augustinus dicit * in eadem episto-
 la, quòd felix necessitas est quæ in meliora com-
 pellit.

Ad secundum dicendum, quòd quando periculum
 nascitur ex ipso facto, tunc factum illud non est ex-
 pediens: puta, quòd aliquis per pontem ruinofum
 transeat fluium. Sed si periculum imminet ex hoc
 quòd homo deficit ab illo facto, non desinit propter
 hoc esse expediens. Sicut expediens est ascendere
 equum, quamuis periculum imminet eadē de equo:
 alioquin oporteret ab omnibus bonis cessare, quæ etiā
 per accidens ex aliquo euentu possunt esse periculo-
 sa. Vnde dicitur Eccl. 11. Qui obseruat ventum, non
 seminat, & qui considerat nubes, nunquam metet. Peri-
 culū autem vouenti non imminet ex ipso voto, sed ex
 culpa hominis qui voluntatem mutat, transgrediens
 votum. Vnde Aug. dicit * in eadem epistola, Non te
 vouisse pœniteat: imò gaude iam tibi sic non licere
 quod cum tuo detrimento licuisset.

Ad tertium dicendum quòd Christo, secundum se,
 non compete bat vouere: cum quia Deus erat, tum etiā
 quia,

*Epist. 49.
 post me-
 dium il-
 lius, to. 2.
 Eadē Epi-
 stol. 45. à
 med. t. 2.*

*Eadē Epi-
 stol. 45. nō
 remotē à
 f. to. 2.*

quia, in quantum homo, habebat firmatam voluntatem in bono, quasi comprehensor existens: quamuis per quandam similitudinem ex persona eius dicatur in Psalm 65. * secundum glossam, Vota mea redam in conspectu timentium eum. Loquitur autem de corpore suo quod est Ecclesia. Apostoli autem intelliguntur vouisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum relictis omnibus sunt secuti.

ARTIC. V.

474
inf. 189
ar. 2. co.
Et 3. cōt.
6 138. co.
1 ff. o.
fus. 17. c.
12. cor. 2.
Opus.
18. c. 3.
* l. 2. de
Inuētiō-
ne, in sol.
4. ante ff.
nem lib.

est Aug.

Utrum votum sit actus latria, siue religionis?

AD quantum sic proceditur. Videtur, quod votum non sit actus latriæ siue religionis. Omne enim opus virtutis cadit sub voto. Sed ad eandem virtutem pertinere videtur promittere aliquid, & facere illud. Ergo votum pertinet ad quamlibet virtutem, & non specialiter ad religionem.

¶ 2 Præterea, secundum * Tullium, ad religionem pertinet cultum & ceremoniam Deo offerre. Sed ille qui vouet, nondum aliquid Deo offert, sed solum promittit. Ergo votum non est actus religionis.

¶ 3 Præterea, cultus religionis non debet exhiberi nisi Deo. Sed votum non solum fit Deo, sed etiam sanctis & prælatis, quibus religiosi proficentes obedientiam vouent. Ergo votum non est religionis actus.

SED contra est, quod dicitur Isai. 19. Colent eum in hostijs & muneribus, & vota vouebunt domino, & soluent. Sed colere Deum est propriè religionis siue latriæ. Ergo votum est actus latriæ siue religionis.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum * est, omne opus virtutis ad religionem seu latriam pertinet per modum imperij, secundum quod ad diuinam reuerentiam ordinatur: quod est proprius finis latriæ. Ordinare autem alios actus in suum finem, pertinet ad virtutem imperantem, non ad virtutes imperatas. Et ideo ipsa ordinatio actuum cuiuscumque virtutis in seruitium Dei, est proprius actus latriæ. Manifestum est autem ex * prædictis, quod votum

9. 81. a 7

ar. 1.

ad 1.

a. 1. ¶ 2